

Aqua salsa dulcorata sive accurata novi hujus artificii, quatenus tum maris, tum portuum incolis, utilis, descriptio : Accessit praeterea ... approbatio Collegii Medicorum Londinensis / Epistola denique Honorabilis Roberti Boylei hac super re ... conscripta.

Contributors

Fitzgerald, R. (Robert), 1638?-1698
Boyle, Robert, 1627-1691
Royal College of Physicians of London

Publication/Creation

London : J. Gain for W. Cademan, 1684.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/bk3ukp9s>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>




FITZGERALD -- AQUA SALSA DULCORATA -- 1684








22 673/A





AQUA SALSA DULCORATA

53384

SIVE

Accurata novi Hujus Artificii,

QUATENUS TUM MARIS,

tum Portuum Incolis, utilis,

DESCRIPTIO.

ACCESSIT PRÆTEREÅ

Plena omnium alicujus momenti contra novum

HOC ADINVENTUM OBJECTIONUM

SOLUTIO.

NEC NON

Approbatio Collegii Medicorum
Londinensis.

Epistola denique Honorabilis Roberti Boylei
hac super re ad Amicum conscripta.

EDITIO SECUNDA.

L O N D I N I,

Excudebat J. Gain, pro Gulielmo Cademan,
ad Insignie Papæ-Cypriis in Cambio Novo, 1684.

1721

22,673/A



EDITIO SECUNDA
LONDINI

Serenissimo Principi
C A R O L O II.
 Magnæ Britanniaë
R E G I.

Serenissime Princeps,

Quando, non ita pridem mihi unâ cum
 Domino Boyleo Collegisque meis, Ma-
 jestatem tuam, de aquâ salsâ in dul-
 cem convertendâ convenire licuit, rem tanta
 tamque publicæ utilitatis iis annuentis animi in-
 diciis Majestas tua excepit, quæ humillimas jam
 a nobis gratiarum actiones meritò reposcant &
 quia tamen nec tam oculato Principi, judicij-

que adeò limati imponere quisquam potest, nec
 Majestas tua quicquam nisi certum, confirma-
 tum, atque undique firmum unquam approbat,
 propitiam novo huic Adinvento Sententiam eo
 usque differendam putavit, dum per otium rem
 plenius totam, attentiusque examinaret: ubi
 autem præcipuas, quæ occurrebant removissemus
 difficultates, omniâque alicujus momenti, ut in-
 fra patebit, objecta diluissimus, placuit Maje-
 stati tuæ, nostra in commune bonum consilia
 probare, rataque, ac fixa habere, concessis etiam,
 quas summâ animi demissione, gratitudineque
 accepimus, Patentibus Litteris tuis: ne tamen
 Speratum ex suscepto à nobis negotio meteremus
 hætenus emolumentum, quedam, remora instar
 obstiter: præcipue tamen obstitit, præter quas-
 dam cujuspiam Suggestiones, horrenda illa, ac
 sacrilega, quæ exin haud ita pridem feliciter
 detecta fuit, conspiratio: rei siquidem atro-
 citate, vehementius ut par erat, commoti, re-
 rum nostrarum curam seposuimus, ut divinam
 circa Sacre Majestatis tuæ tutelam mirabundi;
 aliquantisper contemplaremur providentiam:
 neque enim, negotium hoc urgere tum temporis
 decebat, imo officii nostri ratio a nobis exigere
 videbatur ut hac super re, eo in rerum
 statu qui funestum adeò quid tribus hisce
 regnis minabatur, nec apud Majestatem tu-
 am nec Consiliarios tuos, imperiique hujus-
 mi-

ministros ulterius quicquam moveremus.
 At dissipato jam magnâ ex parte timore
 nostro, solâque tuo Dei gratia tuâque Sa-
 pientiâ firmius stabilito in dies supplices
 iterum ac venerabundi nostros Majestati tuæ
 consecramus labores, tum quod ad neminem
 potiore jure pertineant, tum quod quicquid tu,
 Princeps Serenissime, semel probâris, non
 possit non esse maximi per totam terrarum
 orbem ponderis, ac momenti. Sed nequa
 Domino Boyleo injuria fiat, totum hoc opus
 eo majore speramus cum applausu ab om-
 nibus accipiendum, quod Ipse ne quid am-
 pliùs dicam, præcipuus ejus promotor
 extiterit: tantò certe dignum ingenio,
 genioque tam benigno molimen: quicquid
 enim inde vel patriæ, vel reliquis mortalium
 nasciturum sit emolumentum, non aliam ipse
 sibi mercedem, quam publicam cui unicè
 studet, utilitatem, proponit. Et certè
 fieri omnino nequit ut non plurima, maxima-
 que hinc navigantibus oriantur commoda, tum
 in diuturnioribus navigationibus, in quibus ob
 tranquillum sæpe mare, aliòsque subinde ca-
 sus destituuntur Navigatores aquâ, tum etiam
 in portibus maritimis qui salubrioris aque dul-
 cis penuriâ laborant: adde quod exiguo la-
 bore, nec magnis impensis aquee hujus ope
 machine aqua paretur saluberrima, ut fusus

(6)

*his è Schedis patebit, quas ad Majestatis
tuæ pedes supplex aduoluit, tutelæ tuæ ac
nomini, dedicat, vouet, consecrat*

Subditus

Majestati tuæ

Devotissimus

R. Fitzgerald.

CUM

Cum ex iis quas Regi venerabundi inscripsimus literis, propositus huic operi scopus satis superque eluceſcat : ſuperest ut quedam circa ſalubritatem, uſum, pretiumque huius aquæ dubia removeamus.

Quæritur itaque 1. utrùm ea huius aquæ copia identidem fieri poſſit, quæ in omnes navium uſus abunde ſuppeditat.

R. Nonaginta circiter aquæ Congii vigintiquatuor horarum ſpatio obtineri poterunt instrumento ſub navium foris reponendo, cujus Diameter pollices triginta & tres vix excedat : jam tres ad ſummum quartarii cuius per id tempus ad uſus neceſſarios ſatis erunt ; Si autem capacior navis, in qua plurimi forte vectores, aquam copioſiorem requireret, tum duo, pluraque instrumenta, quæ vel unus regat, æquo comparari pretio poterunt.

C 4

Quæ-

Quæritur 2. utrum, si operatio ignis ope peragenda sit, perito Chymico quovis in Navigio, opus necne sit ?

R. Quilibet Nauta horæ unius, alteriúsve spatio, quâ preparari hæc aqua methodo debeat, facillime addiscet.

Quæritur 3. quid facto opus si quis hanc Machinam casus perverteret ; non semper enim adfunt in navibus, periti, qui reparent, artifices ?

R. Eo hæc Machina artificio constructa est, ut verosimillimum sit eam nunquam fore irregularem, aut esse pervertendam.

Quæritur 4. utrum hæc Machina urgentibus etiam procellis ac tempestatibus usui futura sit ?

R. Cum aqua dulcis hujus ope Machinæ facillimè haberi possit, quæ ejusmodi in casus mensura sufficiat, vel per malaciam vel in portibus à providis nautis paranda erit. Cæterum his quoque in angustiis usui haud dubiè hæc Machina erit, atque, quæ fatis sit, aquam suppeditabit : quam ipsa hoc in casu necessitas ad minorem solita portionem nautas compellere soleat.

Quæritur 5. Num quod navi ab igne, qui necessarius erit, periculum, aut nanigantibus a fumo offendiculum metuendum sit ?

R. Quovis in navigio hæc Machina facillimè sic collocari potest, ut nullus ejusmodi periculi, aut offendiculi metus futurus sit. Quæ-

Quæritur 6. quo hæc Machina pretio vendenda sit ?

R. Vix huic adhuc quæstioni hîc satisfieri potest, Machina enim ipsa pro mole majore minorêve navium, major minôrque erit : Maxima tamen, opinor, viginti ad summum Libris Anglicis constabit : Cæterùm quævis per multos annos integra perseverabit, ubi autem necessarium visum fuerit hoc uti instrumento, ipsa in terra, littorêve, cervifiæ conficiendæ gratia aliosve domesticos in usus, capaciores longe Machinæ esse poterunt quam eæ quæ in navibus adhibentur.

Quæritur 7. num ingredientia magno comenda pretio, aut spaciosum locum occupatura sint ?

R. Expensæ nullius pœne momenti erunt ac perexiguæ, emolumentis ex hac aqua oriaturis comparatæ : quod autem ad spatium in navi occupandum attinet, dolium unicum, vel etiam dimidium his ingredientibus plenum itui ad Indias Orientales, redituique abundè sufficiet.

Quæritur 8. utrùm hæc aqua è falsa in dulcem conversa sit salubris ?

R. Cum hac super re celeberrimus Bacon doctissimè scripsisset, aquam marinam sale suo absque ullo noxio additamento expurgatam, ne somniavit quidem esse insalubrem ; neque ullus hæctenus hanc rem in dubium revocavit

vit: ne tamen quidam publico minùs bono propitii ejusmodi deinceps scrupulum movere possint, hujusce *operis* susceptores, ut omnibus hac super re fatisheret, celebri doctóque medico, Collegii Medicorum, regiæque societatis socio hanc aquam speciatim examinandam permiserunt, cujus de eadem hæc fere pronuntiata sunt.

1. Hæc aqua levior est plerisque aquis *Londinensibus*.

2. Diaphana est, omnisque expers hypostasis, seu sedimenti ut alia quævis salubris aqua.

3. Quævis aquâ melius saponi commiscetur minusq; ejusdem ut detergat requirit.

4. Saccharum cæteris citius aquis dissolvit.

5. Comuni citius aquâ evaporatur.

6. Aqua communis non multos intra dies putrescens sædum expirat odorem, hæc non minus dulcis, octo post menses quam cum recens adhuc foret, incorruptaque permanet.

7. Præstantiores aqua nulla Gelatinas efficit.

8. Coquit ad teneritudinem pisâ, carnem seu bovinam, seu vervecinam, pisces, &c. absque ullis vitiati saporis, aut coloris indicis.

9. Nullus in eadem seorsim sumptâ non laudabilis sapor, bullitque in lacte nullo facto coagulo.

10. Crescunt in ea flores, plantæ, cæteræque vegetabilia, ipsa etiam animalcula in ea vivunt, quod certum salubritatis indicium est. Novaq; idem circa argumentum Experimenta ab ingenioso quodam Medico facta prope diem prodibunt in lucem.

Varii deniq; primæ nobilitatis viri, videlicet, Comites *Westmorlandiæ*, *Shrewsberrye*, *Mulgrave*, *Burlington*, Domini *Falconbridge*, *Lumly Dumbar*, *Chomley*, præter non paucos rerum maritimarum præfectos, & medicos, absque omni valetudinis suæ detrimento hanc aquam potarunt : nequis autem de salubritate hujus aquæ dubio supersit locus, testimonium Collegii Medicorum *Londinensis*, aliorumque medicinæ doctorum hic apponendum curavi.

Approbatio

*Approbatio Collegii Medicorum Londinensis,
aliorumque Medicinæ Doctorum.*

CUM aliquot abhinc mensibus ex publico Mercurio certiores facti essemus, inventam esse a Domino *Roberto Fitzgerald* artem aquæ marinæ in dulcem convertendæ, quâ necessaria navigantibus aqua suppleri facili negotio possit, nequid vitii huic aquæ sale suo exoneratæ quisquam inesse deinceps putet, visum nobis est hac super re *Dm. Boyle* spectatim consulere: à quo abundè nobis satisfactum est: ab eo enim accepimus rem totam igne esse probatam, paucaque ea, quæ adhibentur, *ingredientia*, & igne figi & noxia omni qualitate carere: quapropter inspectis quoque nonnullis aliis experimentis a Collegis quibusdam Societatis nostræ Regiæ factis, declaramus in eâ nos esse mente, hanc aquam sale suo sic expurgatam, esse bonam, absque ullo noxiæ qualitatis metu, quotidianos in usus adhiberi posse, esseque cuivis aquæ, quâ navigatores uti solent, salubritate nihilo inferiorem, quod in gratiam dicti domini *Fitzgerald*, ejusque rogatu, omnibus Præsentes inspecturis manifestum esse volumus.

Thomas Cox Præsides Collegii Medicorum.
Carolus Scarburgh Eques Auratus, & *M.D.*
Daniel

Daniel Whistler, M. D.

Gulielmus Denton, M. D.

Thomas Millington Eques Auratus & M. D.

Thomas Allen, M. D.

Edmundus Dickenson, M. D.

Willoubigh, M. D.

Gulielmus Croone, M. D.

Walterus Needham, M. D.

Thomas Short, M. D.

Witberly, M. D.

Richard Lower, M. D.

Daniel Cox, M. D.

Nehemias Grew, M. D.

Joannes Windebank, M. D.

Edmundus King, M. D.

Thomas Sydenham, M. D.

David Abercromby, M. D.

Carolus Conquest, M. D.

Jacobus Rufine, M. D.

Edvardus Tyson, M. D.

Andreas Creagh, M. D.

Quanquam ars medica hoc in regno nunquam non floruerit, eam tamen hoc Sæculo tum quoad Theoriam, tum quoad tutiorem praxim Socii celeberrimi Collegii Medicorum Londinensium non parùm illustarunt : qui cum sint magni ubique nominis, Scientiaque non mediocri clari, eorum Judicio, Sententiæque super aquæ hujus Salubritate nemo prudenter repugnârit, quorum sane approbatio

edò pluris facienda est, quod non modò privatum eorum non spectet commodum, sed imminuere etiam videatur cum ex assidua aquarum salutarum in locis maritimis, atque inter navigandum putrescentium computatione plurimi generari possint, ac generentur re ipsa morbi, qui salubrioris hujus aquæ potu vel præpediri, ut spes est, vel removeri poterunt.

A Prima harum schedarum Editione quædam coram Serenissimo *Britanniarum Rege* facta sunt Experimenta, quibus hujus aquæ Salubritas ita ei probata est, ut eadem omnino portibus in maritimis, ubi regis Subsidiarii degunt, uti deinceps statuerit : quod jam sæpe Mercurius publicus peculiari Regis mandato divulgavit.

Utilitas, emolumenta, commoda, terra marique ex aqua marinâ in dulcem ubi res exigit, conversâ.

1. **S**patiosus quavis in navi locus aliis mercibus implendus relinquatur : navis proinde quinquaginta, aut sexaginta doliorum & plurium capax, graviora longè solito onera vehere poterit, quod commercium multum promovebit, maximaque navium Magistris, ac possessoribus emolumenta afferret.

2. Quanta expenditur Pecuniæ vis Coemendis

mendis, quibus aqua vehatur, doliis ? maximè si ferro colligata fuerint, quo quæ navium usibus destinantur, colligari oportebit : hujus autem Machinæ beneficio tres quartæ harum impensarum supprimentur.

3. Atteruntur pereuntque sæpe Scaphæ frequenti ita in portus, redituque aquæ dulcis conquirendæ gratiâ : unde frequens etiam nautis ebrietatis, ex quâ tot miserandi casus, offertur opportunitas : hæc autem omnia non levia sanè incommoda aqueæ hujus machinæ usus removet.

4. Coguntur sæpe naves longioribus in navigationibus à præfixa sibi metâ aquæ dulcis penuria ad plurima sæpè milliaria deflectere, unde & secundos ventos negligere, & pluresquam opus sit, magnis impensis nautas alere necesse erit, quibus omnibus obviam itur incommodis aqua falsa ipso in Navigio dulcorata.

5. Necesse sæpè habent Nautæ anchoras rudentesque deferere quod dulcis aquæ inopiâ ad periculosa scopulosaque littora accedere compulsi fuerint.

6. Cum navigatio ex *Africa*, ex *Orientali* aut *Occidentali India* instituitur, ingentes aquarum dulcium mensuræ requiruntur, quas supra foros, quod subtus locus plerùmque desit, Nautæ statuunt. Hinc fit ut non levis Navi inter navigandum injiciatur remora & periculo non contemnendo navis ipsa exponatur.

7. Tempore malaciæ, quæ in angustiiori ma-
ri

ri, fretisque, ac prope Æquatorem frequen-
tissima est, summopere utilis erit hæc Machi-
na cujus ope aqua salubris, infalubri substitu-
etur perfacile.

8. *Essexia, Cantium, Venetia, Amsteloda-
mum, Roterodamum, cateraque loca Maritima,*
quæ vel carent aquis salubribus vel solis abun-
dant falsis, facili negotio, exiguoque sumptu
aqueæ hujus Machinæ beneficio saluberrimam sibi aquam comparare poterunt in op-
pido quod vulgo *Portsmouth* dicitur, in Urbe
Roffensi, Fennis in Lincolnia, aliisque prope
Mare locis, ubi aquæ nonnihil falsæ sunt ade-
que infalubres hæc Machina summo usui esse
poterit.

9. Tempore Belli, integris classibus hæc
Machina aquam suppeditabit : eritque forte
adhuc novarum rerum maximi momenti de-
tegenderum occasio.

10. Neque hic pretermittendum est, ditiores
valentioresque nautas à longioribus navigati-
onibus hætenus abhorruisse, ne & vitam, & va-
letudinem putrefactarum aquarum usu, mani-
festo exponerent periculo : cujus jam incom-
modi metus hujus opportunitate Machinæ
omnino erit sublatus, ex quâ etiam, ut alibi in-
sinuavi, illud commodi existet, ut Naves, jam
pauciores quam hætenus operarios requirere
videantur : quod in non leve Navarchorum,
ac Mercatorum emolumentum cedit.

super

Superaddimus denique omnibus hætenus dictis sigilli instar testimonium, sententiamque honorabilis *R. Boylei* de hujus aquæ præstantia, ac salubritate ad Amicum Conscriptam.

Epistola Honorabilis Domini, Roberti Boylei, ad amicum summè eruditum Doctorem, J. B. De aqua marina in dulcem Conversa.

UT paucis pro temporis quibus premor angustiis eam tibi transactionem exponam, quæ nominis mei Mercurio publico inscribendi nuper occasio fuerat. Monendus imprimis es [cum Dominus *Fitzgerald* è propinquioribus mihi *Consanguineis*, aliique non infirmæ notæ viri, Regi indicassent inventam a se artem *aquæ marinæ* in dulcem, & salubrem, eamque copiosè exiguis sumptibus convertendæ remque a me totam & examinatam, & summopere probatam] ab ipso Rege peramicis, honorificisque mihi verbis imperatum esse ut plenius eo super argumento coram se dissererem : cujus mandatis continuò ut obtemperarem [auditis prius, quæ Rex ipse contra facilem ipsius Machinæ usum opposuit, objectis, quibus, licet à privato homine urgerentur validiora nulla, aut æqualibus rationum momentis proposita fuerant] Regi ea quâ par erat, demissione dixi, novum hoc artificium duas in se complecti partes, Mechanicam alteram quæ

ad ipsam Machinam, ejusque in navibus usum, alteram Physicam, quæ ipsam ut ita loquar liquoris *potabilitatem*, atque salubritatem spectaret, facta adversus priorem a Rege ipso nec levis in speciem momenti objecta non suscepi diluenda, quæ ipse Machinæ inventor, operisque susceptores diluere erant parati: quod vero ad posteriorem, salubritatem inquam aquæ hoc arteficio præparatæ attinet, nonnulla hunc circa liquorem experimenta feceram, è quibus non modo nulla in eo insalubritatis mihi suspicio suppetebat, sed è contrà, argumenta nec pauca, nec levia quibus inducerer, ut crederem, eam omnino esse salubrem, neque solis navigatoribus fore utilem: quare cum præcipua quibus dulcoratam hanc aquam probassem, experimenta, exposuissem, placuit Regi, insinuare iis sibi satisfactum esse abunde [eaque data occasione de mari, falsisque aquis acutissimè disseruit, novasque mihi, & quibus ulterius instruerer, circa easdem observationes subministravit] ac denique Dominum *Fitzgerald* cæterosque Collegas benignissimis favoris sui specialis, ac Protectionis Regiæ promissis animatos dimisit. Superest jam ut brevi huic narrationi paucis subjungam, quibus potissimum argumentis hujus aquæ salubritatem mihi ipse persuaferim: unde concludere quivis poterit quantum utilitatis ac commodi ex minus sumptuosa, facilique ejusdem præparatione in universam rempublicam redundare queat.

Primò itaque mecum ipse perpendebam omnem pœne *pluvialem aquam* è nubibus in Oceanum deciduam, quæ nisi forte paucis in locis aliisque torridis, dubio omni procul salubris & est, & habetur, ab ipsomet mari suppeditandam, nihilq; proinde aliud esse, quam *aquam marinam* suo sale liberam, juxta vulgatum illud, *Redit agmine dulci.*

Secundò, Comperi, ut Rex ipse fuerat expertus, liquorem ipsum probati esse saporis absque ullis falsedinis, quæ sensu percepì possent, indiciiis: Eo porrò in statu quædam ejus mensura quintum prope mensem in ampliore ampullâ ChrySTALLINâ perseveravit, quam consultò inobstructam reliqui, atque fere semper in fenestra meridionali, ubi non modo non putrefacta aqua est, sed ne turbida quidem aut minus Diaphana toto eo tempore apparuit: per id interea tempus eam non pauci è celebri *Medicorum Collegio Londinensi* eruditi medici, gustârunt, probâruntque.

Tertiò, Vim præterea peculiarem detergendi eidem inesse animadverti, quod de plerisque aquis antliis, eductis, aliisque quibus modicum salis communis licet impercepti inexistit, affirmari perinde nequit.

Quartò, Hæc aqua coquit ad teneritudinem pisæ, quod apud Nautas præcipuum salubris aquæ indicium est.

Quintò, Bilancibus legitimis adhibitis, instrumentoque ad accuratam liquorum ponderationem

rationem ex præscripto meo facto, leviorem quam expectari à quoquam poterat, hæc aqua reperta est : Si enim omnino à pari aquæ non distillatæ mensurâ quoad pondus discrepabat [conditionalem particulam appono in ejujmodi enim delicatioribus, ut ita loquar, experimentis, longè difficilior quam inexperti fingant extrema accuratio est] discrepanti certè notabilis non erat, cum quadringentesimam inter, & quingentesimam ponderis aquæ communis partem quasi media consisteret : quod sane discrimen exiguum ac pæne nullum est, si ei comparetur quod tum Nativigatores, tum Authores eruditi in aquis naturalibus salubribus, ac potui idoneis observatum aiunt.

Non foret jam abs re hîc loci addere, propterea strenum magnum Florentiæ Ducem, ac celeberrimis *Lynceorum Philosophorum* Academiæ Patronum, inter alia valetudinis suæ causâ, cui quâ mirè sollicitus erat, usurpata, distillatam perpetuo potasse aquam. Alia insuper in hujus aquæ operisque hujusce susceptorum commendationem annectere mihi prorsum foret si ita nunc expedire judicarem, aut non esse mihi properandum ad præcipui quædam momenti, quibus de hujus aquæ insipiditate tantum mihi constat, quam de quo maximè.

Sextò, Denique memineram præcipuum eorum scopum qui variis temporibus, variisque in regionibus aquæ marinæ dulcorationem

aggressi fuerant, & quod maximè requireba-
 tur tot promissis, inventoribus hujus arcani
 præmiis, nihil aliud fuisse quam ut aqua ma-
 rina absque ullo noxio addi amento sale suo
 expurgaretur : in confesso enim apud omnes
 semper erat solam aquæ marinæ, nè potabi-
 lis fieret, falsedinem prohibere : unde in
 commendationem hujus aquæ, novo hoc arte-
 ificio præparatæ concludere mihi & necesse, &
 pronum erat : cum enim jampridem brevem
 de falsedine maris dissertationem conscrip-
 sisssem, varias, laboriosâque industriâ aquarum
 quâ falsarum inter se comparandarum metho-
 dos excogitaveram, quibus comperi eam, de
 quâ nunc aquam minus in se continere com-
 munitis salis, quam contineant aquæ, quibus
 populus *Londinensis* vulgò utitur ad potum :
 cujus rei, hujus, memini, negotii susceptori-
 bus experimentum aliquando, quo attoniti si-
 mul & convicti forent, ostendi : quod autem
 ad me ipsum spectat satisfactum mihi abundè
 fuit quodam præcipue experimento, quod
 studiosè summâque curâ feci, sed certo quo-
 dam modo, cujus coram Rege mentionem fe-
 ci, licet, quod necdum sese obtulerit occasio,
 non detexerim : quocirca debitâ tanto prin-
 cipi Reverentia prohibeor, ne absque ejusdem
 facultate publici eum juris faciam : fat inte-
 rim tibi in præsens fuerit duo doceri, alterum
 est hac experimenti faciendi ratione, quod
 forte mirum videri possit, si vel unicum plu-

ribus quam geminis aquæ unciis falis ineffet granum, illud promptè à me detegendum ; alterum est, hoc etiam critico examine, trutinâque quantumvis severâ, ne millesimam quiddem falis partem in aquâ nostrâ præparata repertam esse : Cùm tamen experimento hanc in rem consulto, diligenterque facto Anglicam nostram aquam marinam quadragesimam quartam, aut quadragesimum quintum communis falis sicci partem, in se continere, veel quod eodem recidit, quadraginta quatuor pintas, seu Chenopinas, aut totidem prope modum aquæ marinæ libras, unam ferè communis sicci falis libram suppeditare contempserim.

Hactenus quantum temporis angustia ad res ipsa postulabant, meas in promovendo utilissimo hoc adinvento partes exposui, quod promoveri quàm maximè velim, non ullius privati inde commodi spe [quanquam illud mihi perurbane à susceptoribus oblatum fuerit] sed quod ejus omnino sententiæ sim, generalem ejus usum humano generi fore perquam utilem, variâque allaturum commodâ quæ licèt per otium liceret, homini adeo oculato enumerare supervacaneum foret.

Tibi Addictissimus,

R. Boyleus.

Tot tamque claris quibus aquæ hujus salubritas utilitasque demonstratur testimoniis superaddam approbationem Serenissimi Britanniae Regis qui post primam rei divulgationem certis explorata hujus aquæ salubritate argumentis eadem in omnibus presidis Maritimis, uti decrevit quod speciali mandato divulgari curavit in variis *Mercuriis*, presertim in *Mercurio* edito die Lunæ *Novembris quinto 1612*, in hæc verba, *Viz.*

Alba Aula, Nov. 2. *Majestatis suæ mandato Honorabilis Dominus Boyleus accersitus est, ut accuratissimam suam methodum qua aquarum tum dulcedinem tum salsetudinem examinat, exponeret, eamq; aquæ marinæ juxta Dulcoratorum artem præparatæ applicaret; quo factò coram Rege, præsentibus etiam fratre suo Illustrissimo Principe Duce Eboracense, celsitudine suâ Duce Graftoniæ, & plurimis aliis primæ notæ viris, demonstratum est, Liquore quodam per dictum Boyleum*

apparato posse ostendi si vel millesima pars Salis in quavis aquæ proposita quantitate inesset : Quo Experimento cum satisfactum esset Majestati Sux Aquam Marinam illa arte dulcoratam, ad quam cum privilegio exercendam Literas suas Patentes concesserat, saltem æque puram a sale esse ac optimam quamvis in Urbe usurpatam, tam persuasam habuit ejus Salubritatem, ut diceret, esse in animo sibi illud Adinventum Regio suo favore prosequi, & ejusmodi aquam in usus Præsidiorum Maritimorum ; quibus Natura Salubrem aquam negaverat jubere adhiberi.

ET

Et in *Mercurio* edito tertio *Martij*, 168 $\frac{1}{4}$.
N $^{\circ}$. 1900. (post primam hujus Libelli Edi-
tionem) hæc habentur, *Viz.*

Albâ Aulâ, Feb. 28.

‘ CUM ad aures Majestatis suæ per-
‘ venisset non nullos Subditorum
‘ suorum adversissimis nuper ventis na-
‘ vigantes penè extrema perpeffos ex
‘ copia aquæ dulcis, visum est Regiæ
‘ benignitati casus suorum commiseran-
‘ t mandare ut qui Diploma suum ob-
‘ tinerant artem exercendi quâ aqua
‘ salsomarina dulcis redditur, ubique &
‘ omnibus notum facerent, se eam artem
‘ posse utiliter exercere, quod dudum
‘ Majestati Suæ tam liquido constare
‘ fecissent, ut Machinas eorum compa-
‘ rari jusserit ad usus Navium Regia-
‘ rum & Præsidiorum quibus aquæ bo-
‘ na copia non suppetit. Idcirco Re-
‘ giæ voluntati obsequi cupientes Diplo-
‘ matarii omnibus & singulis per pre-
‘ sentes notum esse volunt *Tractatus*
‘ duos super ea arte fuisse conscriptos,
‘ &

& publici juris factos qui prostant *gra-*
tis distribuendi ad Insigne *Navis* ex ad-
 verso *Cambii Regalis* & ad *Coffeam Mari-*
nam dictam, ad quos referunt eos om-
 nes qui ampliolem ejus rei scientiam
 optant : nam in his & summa bene-
 ficia, & magna commoda hujus *Inven-*
tionis; Facilitas, vilitasque aquam salo-
 marinam reddendi *dulcem*, & salubritas
 aquæ sic dulcoratæ, plenius demonstra-
 tur : & testimonio multorum doctifi-
 morum Medicorum comprobatur. Ad-
 ditis ibidem literis Nobilissimi *Boylei*
 quibus istius aquæ *Salubritatem*, *Dura-*
bilitatem & *Dulcedinem* deprædicat, rec-
 non & literis a Capitaneo *Randdeo*
Macdonnel, datis *Nov. 3. 1683.* ex *Na-*
vi Regia quæ vocatur *Canis Leporarius*
 prope littus Hispanicum; quibus in lite-
 ris dicit, se Aquam a Diplomatariis ibi
 datam antequam solueret ex Angliâ
 per quatuor menses in Fundo *Navis*
 habuisse, & pridie pluribus tam Milita-
 ribus, quam Classiariis Officiariis apud
 se convivantibus gustandam exhibuisse
 quasi ex fonte prope *Salliam* assumptam,
 ubi

‘ ubi ad aquationem descensum fecisset, &
‘ ubi aqua æque bona est ac quævis intra
‘ fretum Gaditanum. Hanc omnes bibe-
‘ runt, tanquam ex illo fonte esset, nec
‘ discriminis quidquam persenserunt do-
‘ nec ipse rem ut erat narraret, tunc verò
‘ eam *collaudarunt* ut potui jucundissi-
‘ mam.

Transcriptum

Transcriptum Literarum a
 Capitaneo *Macdonnel* ex Nave
 Regia quæ vocatur *Canis Le-*
porarius prope Littus Hispa-
 nicum ad quendam Diplo-
 matariorum ad Aquam Sal-
 somarinam dulcorandam.

Domine,

QUatuor *his mensibus ultimo elapsis*
Marinam vestram dulcoratam
(Experimenti causâ) in Fundo
Navis repositam habui, ubi certò certius
putruisset, & non tantam inutilis, sed &
noxia facta fuisset, nisi foret optime notæ;
sed contrarium omnino evenit: nam pri-
diè cum convivarent apud me non nulli tunc
Classarij, tum Militares Officiarii, aquam
vestram

(29)

*vestram iis clam gustandam exhibui, quasi
esset ex fonte ex quo aquabar decem circiter
Lencis ultra Salliam ad Austrum. Omnes
uno ore eam aquam non inferiorem esse di-
cebant aquæ Tingitanæ quæ optima est
omnium intra Fretum Gaditanum; cum
verò dicerem eam quam gustaverant esse
aquam vestram, vix fidem adhiberent, tan-
dem tamen collaudabant tanquam potui ju-
cundissimam, uti re verâ est, & rogarunt
ut suam sententiam tibi perscriberem.*

Addictissimus

Tuus Servus

Nov. 30.
1683.

R. Macdonnel.

FINIS.

